



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Comitvm Par Genere, Potentia, Opibvs, Heroicaq. Virtvte  
inclytum B. Godefridus, Vuestphalus, S. Romaricus,  
Austrasius**

**Serarius, Nikolaus**

**Mogvntiæ**

Cap. III. Quam innocens fuerit.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-37252**

## 6 GODEFRIDI COMITIS

existere, & scintillante in se flamma  
inpirationis diuinæ, omni seculari  
dignitati, vniuersęque suæ facultati  
saragebat renuntiare. Fuit enim vir  
mansuetissimus, suauitate venerabi-  
lis, benignitate laudabilis, oculis stel-  
lantibus mirum in modum gratio-  
sus, facundus eloquio, prudens in  
consilio, militiæ quidem exercitio  
Arenuus, sed Regi supremo militare,  
nudamque crucem CHRISTI nu-  
dus baiulare inardescens quanto-  
cyus.

### CAP. III.

*Quam innocens fuerit.*

**I**Nterim vero si quando milita rapi  
paratu, seu bellico procinctu, per-  
sonæ suæ necessitate detentus fuit,  
se ab omni circum manentium in-  
iuria vel infestatione cohibuit. Cum  
autem interdum discursantes mili-  
tes prædari, & aliena, vt assolent, v-  
surpare conspiceret, attestante quo-  
dam

dam familiari eius tunc ministro, *Pracla-*  
 post modum autem fratre nostro *rum Du-*  
 manus ad caelum expandit, lacry- *cibus &*  
 mas fudit, hisque verbis omnipo- *Capita-*  
 tentiam Saluatoris exorauit dicens: *neis ex*  
 Domine IESV CHRISTE *tuae emplu.*  
 bonitatis altitudinem tuam imploro,  
 vt me de medio iniquitatis huius eri-  
 pias, & in die illo paratum & immacu-  
 latum inueniri praecipias. Scio enim ar-  
 biter iustissime, quod in meum redundat  
 caput, quicquid à meis delinquitur o-  
 mnisque dissimulationis meae negligenti-  
 a tua merito districtione punietur.  
 Cuius petitionis fructu quemadmo-  
 dum priuatus non fuerit (nec enim  
 Dominus priuabit bonis eos, qui am- *Psal 8*  
 bulant in innocentia, ) subsequenti- *Vide u*  
 rerum tam fidelis quam mirabilis *fraca-*  
 declarabit historia. Igitur dum ha- *put. 23*  
 bitaret in castro quod Capenberg  
 dicitur, loco nimirum spectabili, fi-  
 tuque ipso admodum salubri & de-  
 lectabili, de loco eodem quod di-  
 uino quandoq; mancipadus esset ser-  
 uitio,

8 GODEFRIDI COMITIS

uitio, diuersis fidelissimarum visionum ostensionibus reuelatum est à Domino.

CAP. IV.

*Visiones quæ de loco factæ sunt.*

**P**resbyter enim quidam *VVil-*  
*mannus* nomine in visu noctis aspexit quasi columnam auream in *Capenberg* exsurgere, atque ipsius cœli fastigia penetrare. Quo visu diuinæ laudationis claritudinem illic exercendam frequenter intellexit, & astutibus quod futurum erat, verissime longe ante prænucciavit. Vnus præterea ex amicis felicissimi Comitis, *Egebertus* nomine, cum esset in itinere proficiscens ad Comitem, noctu vidit *Capenberg* urbem fore niue candidiorem, quæ vsque ad alta nubium sublimiter conscendens, ipsum cœli cacumen vertice pulsare videbatur.

CAP.